eum procuratorẽ in rẽ ſuam, &c. vt s̃. in prę. vſq;, nomine & oc
caſione. iunge p̃dictarum quantitatũ agere experiri, &c. vt ibi-
dem. vel ſicut in primo, vſq; ꝓ precio aũt. ubi ſic dices: Quam ſi
quidem ceſſionẽ ipſe A. eidẽ B. fecit, ut dictũ eſt, ex eo ꝙ cũ ipſe
B. eſſet vna cũ dicto C. & B. ad dictum debitum inſolidũ obliga-
tus: & propterea à dicto creditore ad ſolutionẽ coactus: idẽ B. di
cta ceſſione facta, dedit & ſoluit ipſi A. 35. lib. Turonen. ꝓut ipſe
A. ꝯfeſſus & ꝯtentus fuit: exceptioni ſibi non datæ, & nõ ſolutæ
omnino quãtitatis renuncians. Hæc forma probatur C. de fide-
iuſſo. auth. preſente. & l. cum alter. ff. eo. tit. vt fideiuſſor. & l. ſi fi-
6 deiuſſoribus. & in his quæ not. C. de duo. reis. l. 1. † ¶ Si vero ceſ-
ſio fiat ex titulo donationis contra plures debitores, ſcilicet, cõ-
tra vnumquemque pro ſuo debito, ſic inſtrumentum confi-
cietur.

¶ FORMA. A. ex cauſa donatiõis pure, libere, ſimpliciter ac
irreuocabiliter dedit, ceſſit, tranſtulit, & mãdauit B. pro ſe ſuiſq;
&c. ut in præcedenti forma vſq;, occaſione debiti. iunge, 10. lib.
Turonen. quas ipſe C. dicto A. ex cauſa precii talium pannorũ
dare & ſoluere tenebatur, vt patet in inſtrumento manu mei j.
ſcripti notarij ſcripto. Item aduerſus D. eiusq; hæredes, & in eis
bonis nomine & occaſione debiti octo libr. Turonen. quas ipſe
D. dicto A. ex cauſa mutui dare ac ſoluere, &c. vt s̃. in prima for
ma, vſque aduerſus dictos. hoc ſaluo, quod vbi dicitur ibi, quod
inſtrumentum dicto B. dicas, quæ inſtrumenta ei, poſtea iungas:
ſ. aduerſus vnumquenq; eorum eiusq; hæredes, & in ipſius bo-
nis nomine & occaſione ſui debiti agere, experiri, excipere, repli
care, ꝯſequi, & ſe tueri, petere, quod ab unoquoq; debitum ad
ſe promiſſum: ſortem quoq;, &c. vt ibi. vſq;, paciſcẽs etiam atq;
poſtea iunge, promittens ſolenni ſtipulatione dicto B. prædictã
ceſſionem, donationem, & omnia & ſingula s̃. ſcripta, &c. ut ibi
vſque, vel de facto. poſtea iunge: ipſam donationem, nulla cauſa
vel ingratitudine reuocare, ſub pœna dupli dictarum quantita-
tum ſtipulatione promiſſa, &c. ut s̃. in ſecunda forma uſque ꝓ
7 precio, &c. † ¶ Porro ſi iura ex iure ceſſo habita cedantur, inſtru
mentum ſic conficietur.

¶ FORMA. A. dedit, &c. ut s̃. in primo inſtrumento. vſq;, ha-
bere poterat, iunge ex iure ſibi ceſſo à P. ut patet in inſtrumẽto
ipſius ceſſionis manu talis notarij ſcripto aduerſus C. eiusq; hæ-
redes, & in ipſius bona nomine & occaſione debiti, 30. libra. Tu
ron. quas dictus C. dicto P. dare & ſoluere, &c. ut ibidem uſque
talis notarij: iunge, quæ inſtrumenta ipſe A. dicto B. tradidit &
dedit ibidem, & in præſenti, &c. ut s̃. in primo vel in ſecundo in-
8 ſtr̃o. † ¶ Si autem B. nomine alterius: puta C. ſtipuletur, non aget
C. directo, niſi demum facta ſibi ceſſione à B. de qua ceſſione ſic
inſtrumentum conficietur.

FORMA. Cum A. ad debitũ & in debito 20. libra. Turonẽ. ex
cã precij cuiuſdã q̃titatis bladi ſe obligaſſet B. ſtipulanti & reci-
piẽti uice & nomine C. ut patet in inſtr̃o manu talis notarij ſcri
pto, idẽ B. dedit, ceſſit, tranſtulit, mandauit C. p̃dicto ꝓ ſe ſuiſq;
hæredib. &c. vt s̃. in prima forma vſq;, directas. iunge, ſibi acqui-
ſitas, vel ad ſe ſpectantes, aut, vel q̃ hẽbat, uel hr̃e poterat ex ſti-
pulatione p̃dicta a ſe noĩe ipſius C. facta ꝯ dictũ A. eiusq; hr̃des,
& in ipſius bonis nomine & occaſione dicti debiti ꝯſtituẽs eũ ꝓ-
curatorẽ in rẽ, &c. ut s̃. in ſecunda forma, uſq; ibi: ꝓ precio aũt
&c. De precio aũt aut de cã non eſt mentio alia faciẽda: cũ ſuffi-
ciat, quæ in principio ponit̃ inſtrumenti. Inſt. de inutili. ſtipula-
9 tio §. alteri. ¶ Verũ † qñq; cedit quis alteri ius, ꝙ ipſe hẽt in re ex
hypotheca uel obligatione. Verbi gratia, C. habens plures credi
tores, vnũ altero t̃pe potiorẽ, quib. omnib. omnia bona ſua ꝓ
ipſis creditis obligauerat: ex ipſis bonis obligatis uendidit B. unã
domũ cõueniens cũ eo, vt de pretio ſatisfaceret ſuis creditorib.
vnicuiq; videlicet, prout t̃pe prior erat, uel eſſet. Ipſe vero B. ſa-
tisfaciens priori creditori, puta A. ceſſionem ab eo recepit de il-
lo iure, ꝙ habebat in re vẽdita ex cauſa obligationis ſibi factę de
ipſa re occaſione crediti ſui: ut ſicut ipſe A. cęteris pręferebatur
creditorib. & eos poterat excludere: ita hoc poſſit B. loco eius.
quæ ceſſio ſic ſcribetur.

FORMA. A. Dedit, &c. ut s̃. in prima forma: vſq;, aduerſus
C. hoc ſaluo, ꝙ non dicat̃ ex cã venditionis. poſt iunge, eiusque
hr̃des: & in ipſius bonis, & ſpecialiter in tali domo ſita in tali lo
co, intra tales ꝯfines: quam dictus C. dicto B. vendidit: ꝓut dr̃ ꝯ-
tineri in inſtr̃o manu talis notarij ſcripto, nomine & occaſione
obligationis & hypothecæ ad ſe ſpectãtis, ſpecialiter in dicta do
mo, & generaliter in omnib. bonis dicti C. ſibi obligatis pro de-
bito, & ex cã debiti centum librar. Turonẽ. quas dictus C. dicto
E. dare & ſoluere tenebatur: vt patet in inſtr̃o manu talis notarij
ſcripto. ꝙ ſi quidem inſtr̃m dictus A. ipſi B. tradidit, & dedit ibi-
dem, &c. vt s̃. in prima forma: uſque directis poſſit. poſt iunge,
ſuo nomine loco eiuſdem A. dictam domum defendere iure ob
ligationis & hypothecæ prædictæ contra omnes creditores di-
cti. E. ſi q̃ apparerẽt, & non ut poſſit aduerſus ipſum C. vel eius
hæredes pro exactione ipſius debiti agere: niſi in caſu euictionis
ſi ſequeretur de re ipſa uel de parte pro rata. & hoc fecit dictus
A. quia ſtatim propter ipſam actionem ceſſam idem B. pręſente
& mandante, & his omnibus conſentiente prædicto C. dedit: &
ſoluit ipſi A. centum lib. Turonẽ. pro precio dictæ domus: ꝓut
ipſe A. confeſſus & contẽtus fuit tantam eſſe quantitatem, pro-
mittens

ADDITIO.

a Conficietur. ¶ Diſputauit Alb. Odoff. qõnẽ, & incipit, Creditor quidam, de duob. correis, pone A. & B. quorũ alter, pone A. ꝯuentus a creditore, oppoſuit exceptiones doli, ſimulationis & pecuniæ nõ numeratæ: lite pẽdente, B. correus ſoluit creditori, & habuit iura ceſſa ꝯ A. quẽ poſtea capi fecit vigore ſtatuti hoc p̃mittentis obligato ꝓ alio, q̃ ſoluit: quęrebat̃ an capi debuerit, & an debeat relaxari. Soluendo tenuit, ꝙ ſi certũ eſt exceptiones oppoſitas p̃ correum ꝯ creditorẽ: uel ipſius inſtr̃m ueras eſſe, nõ debuit de tineri, & debuit relaxari. Nã ſi B. ꝯ A. ageret mãdati uel negotiorũ geſtorũ replicaret̃ ꝙ omiſit exceptiones perẽptorias p̃dictas, doli, nõ numeratę pecunię, vel ſimulationis. ff. man. ſi procuratorẽ. §. ſi ignorantes. & l. idẽq;. §. gñaliter. & l. ſi fideiuſſor. in prin. ff. de fideiuſſ. exceptione. Fortius ergo debuit repelli, ubi petebat̃ detentio perſonæ p̃p maius grauamen & opprobriũ. de elec. ubi periculũ. cum ꝯcor. lib. 6. Si aũt certũ eſt iudici illas exceptiones fruſtratorias, ſicut de iure cõi haberet B. ꝯ A. actiones prædictas mandati, & negociorũ geſtorũ: ſic ex ſtatuto habuit ius detentionis. Nõ. n. debuit mẽdaces exceptiones opponere, ſed bonã fidẽ agnoſcere: & ſic ſolutũ repetere põt, ſ̃m legis municipalis formã. ar. ff. de adminiſt. tutorum. quoties. ff. mand. ſi fideiuſ. §. quædã. Si vero de exceptione dubitat̃, dicit in hoc dubio A. non debuiſſe detineri, & detentũ debere relaxari. licet enim fideiuſſor ſponte ſoluens, cum debitum eſt liquidum, habeat regreſſum ꝯ reum: ubi tamen non eſt liquidum, non habet regreſſum, niſi per ſententiã ſoluat. ff. manda. l. Lucius. & C. man. ſi pro ea. ſicut nec emptor agit de euictione, ubi res non euincitur per iudicis ſententiã, nec ſufficit ſententia arbitri. ff. de euic. ſi dictũ. §. ſi ꝯpromiſero. putat tamen cautionẽ ab eo exigẽdam de ſe reponendo in ſtatum, quo erat, ſi exceptiones reprobari ꝯtingat ar. ff. de iudi. in omnib. qui ſatiſd. cogan. l. inter oẽs. ſicut cũ res eſt in obligatione ex cauſa, cauetur de ea non baratanda: ar. ff. de petitio. hær. diuus. ff. de officio præ. l. ſenatuſconſulto. in fine. Interſerit prædicta procedere, etſi ſtatutum de fideiuſſore loqueretur. Nã duo correi vñr viciſſim fideiubere, quatenus pecunia ad ſe non peruenerit: ut in auth. de duob. reis. collatione. 7. ff. de in rem uerſo. ſi pro parte. in fi. ff. ad Maced. l. ſed Iulianus. §. j. In illa igitur parte, quæ ad eũ non peruenit, cenſet̃ fideiuſſor. ¶ Adde, ꝙ non incongrue poteſt poni illa quæſtio, ſuper qua conſuluit Abb. conſi. 40. lib. 1. an ille, qui fuit fideiuſſor pro carcerato, ſi poſtea creditor efficiatur rebellis eccleſiæ, & excommunicatus, poſſit ſoluere; non obſtante, quod principalis debitor eum admoneat de exceptionibus ꝯpetentibus? & ꝯcludit ꝙ ſoluere poteſt maxime ſi poſt rebellionẽ ille fideiuſſor promiſerit illi rebelli ſoluere: per textum in l. quęſitum. ff. manda. vbi dr̃, ꝙ fideiuſſor ex ſimplici pacto poteſt ſoluere uſuras: licet poſſit opponere exceptionẽ ſtipulationis: quia non tenetur cum ſuo pudore alteri conſulere. Idem ẽt dicit eſſe, cum fideiuſſor non poteſt opponere exceptionem ſine magno rerum ſuarum periculo.

mittens ſtipulatione ſolenni ipſi B. predictam ceſſionem, & c. ut
10 ſ. in ſecunda forma: vſque, pro pretio. † ¶ Et nota, quod ſi ceſſi tibi actiones, quas habeo cōtra P. potero nihilominus ab eo exigere, anteq̃ tu litem cum eo fueris ↄteſtatus, uel priuſquam ab eo aliquid ex debito acceperis: uel priuſquam id debitori denunciaueris, ꝙ dic, & de forma huius denunciationis, ut ſ. de proc. § ſequitur videre. ad finem. Et nota cautelam, vt j. eodem §. verſ. in ſumma. 2. ¶ De beneficio autem cedendarum actionum. no. j. de conclu. & renun. ver. poſtremo. & ſequen.

## ADDITIONES NOVAE.

* De iſta ceſsione vide do. Bal. in toto tit. C. de actio. & oblig.
* Qualiter concipiatur libellus Iac. But. Bal. & Bar. ponūt in l. qui ſtipēdia. C. de procur. & Bar. in l. j. C. de ac. & oblig. plene dicit de hoc & Barto. ibi. Bar. etiam in l. ſi duo rei. de ſolutio.
* Quæ differentia ſit inter cedere & mandare. no. in l. cum fundus. §. ſeruum tuum. ff. ſi cer. pet. & not. in l. 1. C. de actio. & oblig.
* Nota quod vbi petitur fieri ceſsio alicuius iuris nullo procedente contractu, poteſt peti officio iudicis, vt l. in fraudem. §. qui pro alio, ff. de iure fiſc. Dynus in l. modeſtinus. ff. de ſolutio. Cynus in l. ſi fideiuſſoribus. de fideiuſſo.
* Nota quod nemo intelligitur cedere actionem contra ſeipſum, arg. l. ſi peculium. §. ſicut. eo. tit. & inſtit. de leg. §. peculium autem. ff. de peculio. lege. Bal. in l. 2. C. an ſeruus ex ſuo facto. & ſic ſtatutum nunquam interpretatur contra rem pub. in eo quod poteſt tangere alios, ut ibi Bald. ſecun. Iaco. de Are.
* Quid ſi ceſsi alicui actionem, quam habebam contra aliquem occaſione alicuius rei, & illa res poſtea peruenit ad me, an ceſsionarius vigore illius ceſsionis poterit agere contra me. Bal. in l. j. ff. de ope. no. nun. & l. ſi culpa. de rei vendic. & l. emptor. de hære. uel acti. vendi.
* Statuto cauetur ꝙ creditor poſsit facere detrudi in carcerem debitorem ſuum, an ille qui habet actionem ceſſam poſsit hoc facere, & ſic an ceſsionarius dicatur creditor. Iaco. Butri. in l. plane. famil. erciſc. & l. 2. ff. ſi cer. peta. uide j. ad fin. huius titul. uerſicul. ſi ſtatutum. & ſi dicas ꝙ non, per illam. glo. fac. quod no. per gloſſ. in l. j. C. de re. cred. & l. j. C. de actio. & obli. per docto. nam actionis utilis & directæ eſt eadem ſubſtantia. l. actio. ff. de neg. geſt. de hac materia no. Io. And. in ſpecu. de ceſsi. actio. in princ. Vide in quadam quæſtione quam diſputauit do. Aber. de Guidoletis, ſub domino Bal. & Bal. in l. per diuerſas. C. mandati. & in l. ſi ſic. de lega. j. fac. Bal. in l. ſi poſt. ſolu. mat.
* Statuto cauet̃ ꝙ ex quolibet contractu ex quo transfertur dominium ſoluatur gabella, an de ceſsione ſoluetur. Iacob. Butr. ubi ſ. & l. ſi quis in rem ſuam. de procu.
* Si ceſsio eſt uni facta, an poſsit alij fieri? Bar. in l. non quocunq;. §. q. Caiū. de leg. 1. Bal. in l. 1. C. de actio. & obli. diſtinguit. & in l. ſi qui duos. §. ſi is q. de leg. 2. dic quod non. in c. tranſlato. de conſti.
* In l. 1. de actio. & obl. Bal. quærit, an mandatum in rem ſuam reuocetur tacite per mortem mandantis: dicit quod nō in l. illam. de donat. ratio eſt, quia procurator eſt mixtus miniſter, id eſt commodum ſentiens, quæ procuratio eſt iſtius naturæ, quia hinc inde tranſit ad hæredes, l. pecuniæ, de alimen. leg.
* An procurator in rem ſuam teneatur ante litem conteſtatam facere fidē de inſtrumento procuræ. Iac. But. diſputando dixit quod ſic ſi, intentat directas nomine domini: alias ſecus. hoc probat Bar. hic & hoc eſt uerum niſi agens directis eſſet ille ad quem principaliter negotium pertineret: nam tunc habens directas cogitur habere ratum l. idemque. §. ſi cui mandati.
* Item ſtatuto cauetur quod non teneat proceſſus procuratoris niſi mandato producto: an intelligatur de procuratore in rem ſuam. & dicit quod non, quia: ſic non eſt proprie procurator, & ſtatutum loquitur de procuratore in quo cadat vera diffinitio procuratoris, cum ſit ↄ̃ ius commune: ideo arctari debet ad ſtrictam verborum ſignificationem.
* An poſt ceſsionem iura directa ſint eliſa creditori? dic aut ceſsio fit ex neceſsitate, & ſunt eliſa, & debitor non liberatur ſoluendo habenti directas vt l. fina. de tranſ. aut eſt uoluntaria, & tunc ſecus, & ſoluens liberatur etiā ſciens, niſi in trib. caſib. notatis in l. 3. C. de nouati. & ideo doctores qui addunt quartum caſum in l. 3. prædicta, neſciunt quid dicant. quod no. ſecundum Bal. Neceſſaria ergo ceſsio propter authoritatem iuris magis afficit directas quam uoluntaria.
* An ceſsio poſsit fieri abſenti recipienti nomine alterius. glo. in l. in cauſæ. §. ſi. de procur. Bal. & j. eo. no. vide Bal. in l. ſi cum emptore. ff. de pac. & in l. per diuerſas. C. man.
* In l. ſi in ſolutum. C. de actio. & obl. Bal. dicit, quod ceſsiones nō ſunt ſtricti iuris, immo extenduntur ad ſuas conſequentias: & intelligitur hic de competitura hypotheca tempore ceſsionis: ſecus ſi poſtea incipit competere ex noua conuentione. l. hæredē. mandati. & in l. ſi à creditore. in text. ibi vendica. & ſic hypotheca dicit vendicatio. l. ſi fundus. §. in vendicatione. de pigno. & ideo poſſeſſor eſt interrogādus an poſsideat. & eadem eſt pœna mādati, vt in auth. de trien. & ſem. §. pen. ibi diſtrahere No. ꝙ ſicut ceſſa perſonali videtur ceſſa hypothecaria: ita quicquid eam ſequitur ēt ius diſtrahendi: idem ergo videtur de pacto ingrediendi propria authoritate, de quo ſtatim. j.
* Item no. creditorem poſſe diſtrahere res obligatas quas non poſsidet, ſecundum Nicol. mata. fac. l. ſi conuenerit. de pignor. action.
* Si nomen datum ſit pignori, an pignora intelligantur data pignori: & gl. reſpōdet quod ſic, quia qui habet principalem, & habet acceſſoriam. Bal. ubi ſupra.
* Barto. in l. filium. §. ſi quis. de lega. præſt. quod ſi quis ceſsit qui cedere non poterat, vel alias ceſsio eſt inutilis, ꝙ cedens non cadit a iure ſuo. fac. l. nō putauit. §. non quis. de cont. tab. l. continuus. §. amplius. de ver. oblig.
* Si ſtatutum imponit pęnā cedenti iura magnati, ſi quis fecerit ceſsionem magnati, licet n̄ ualeat, dummodo prima facie habeat figuram ceſsionis, debet puniri. Bld. in l. quid ergo. §. cum autem. de his qui not. infa. fac. l. ſi quis. ff. de fal.
* An officiū iudicis poſsit cedi, no. in l. j. §. an vſufructuarius. de operis no. nunci. per Br. hoc allegat Bal. in l. ſi minor, in prin. de minoribus.
* An pactum ꝑ hēt creditor ingrediendi fundum propria authoritate, poſſit cedi: no. ibi ſ. & dicit Bar. ꝙ ſic. ſ. in dicto. §. an vſufructuarius. fac. Bal. in l. ſi in ſolutum. C. de act. & oblig. & vide ſ. ver. in lege. ſi in ſolutum.
* Quot modis præſumitur ceſsio ſimulata, Bar. in l. poſt contractum. de donati.
* An ex ſimulato inſtrumento transferatur dn̄ium. Iaco. Butr. in l. ex initio. C. de fal. dicit ꝙ non multo minus quam ex falſo: quia in falſo putat & habet animum ↄ̃hens ut ualeat, ſed in ſimulato ſcit ipſum non eſſe verum, nec habet animum transferendi, nec id agunt ↄ̃hentes: vnde non transfert ar. l. ſi. C. de non num. pec.
* Not. ꝙ ius fideicommiſsi non poteſt cedi. l. ſi mulier. §. ex aſſe. de iure do. & l. ſancimus. ad Treb. Bar. in l. reſtituta. & l. qui ita. ff. eo.
* Iac. de Bel. in auth. de ęqua. dot. §. j. dicit ꝙ ceſsio facta cū ↄfeſsione pretij non valet niſi probetur pretium numeratum & datum. l. per diuerſas. cum l. ſequenti. C. mandati. tu dic ꝙ ſi opponatur exceptio ſimulationis, ꝓbari oportet ꝑtiū numeratum. Iac. But. & Cynus in dicta l. per diuerſas. Bal. in l. deo nobis. C. de epiſ. & cle. facit mētionē de opinione Iac. de Bel. & facit ↄcordes dictum Iaco. & generalē ↄſuetudinē. intelligendo qn̄ vera vnius partis numeratio apparet, & alterius partis confeſsio: ſed ubi appareret in totum confeſsio, ibi non præſumitur ſimulatio. ratio differentiæ eſt, quia in primo caſu eſt quędam deformitas, in ſecundo caſu nulla eſt deformitas: tamen dicit ipſe ꝙ Bar. in materia ceſsionum ſequitur Iac. Bu. & ſic conſuluit Bar.
* An ſolutio facta cedenti noceat ceſsionario, Bartol. in l. facta §. ſi hęres. ad trebel. & dicit ꝙ ſic, ſi directa remanet, alias non, ut ibi.
* Nota quod ſimulatio probatur per teſtes, no. l. illicitas. §. veritas, de offi. pręſi. & dēt declarari modus ſimulationis, ſi petatur. Bal. in l. ab Anaſtaſio C. mandati.
* No. ꝙ cauſa ceſsionis debet in principio inſtrumenti poni. hoc prob. per per l. qui ſtipendia. C. de procu. & no. in l. j. C. ne lice poten.
* Nota ꝙ in bonis quæſitis poſt ceſsionem præfertur creditor qui ↄ̃xit poſt ceſsionem factam, creditori qui ante ↄ̃xerat. not. Cynus in l. ex contractu. C. de bonis auctor. iud. poſsi.
* Ceſsione facta ſi cedens agit ↄ̃ debitorem, an debitor poterit opponere, tu non potes me conuenire, quia alij ceſsiſti. not. in l. facta. ad Trebell. per Iac. & Barto.
* An in illis caſibus in quibus poteſt conuici quis ut agat, liberetur cedēdo actionem, no. in l. 2. §. idem Labeo. ff. ad leg. Rhod. de iactu. Bar. in l. ſi ſic legatum. §. ſi quis ita. de leg. j.
* An beneficium reſtitutionis in integrū poſsit cedi ꝑ minorem, no. in l. qđ ſi minor. in prin. de minor. & l. ſi ex plurib. ff. de admi. tuto.
* An minor poſsit credere actionē ſine authoritate tutoris, ſiue decreto iudicis, no. in l. Modeſtinus. de ſolutio. l. pupillo. e. tit. & l. pōt pupil. de autho. tuto. & ibi Alb. & l. nouare. de nouati. & l. j. §. fuit quæſitum. ad Treb. & l. ſi ſic. §. ſi quis. de leg. j.
* An valeat ceſsio facta per minorem ↄ̃ ſuum debitorem? Dic ſi debet recipere tantum pecuniam valere, ſi rem tantum, non valere. Bart. in l. ſi ſic legatum. §. ſi quis. de leg. j.
* An exul poſsit credere maxime neceſſario. Bal. ꝙ ſic, per gl. in l. in cauſæ. §. ſi ex parte. de procu.
* An actio iniuriarum poſsit cedi, Bar. in l. iniuriarum actio. § in bonis ff. de iniur.
* An ſimplici procuratori poſsit fieri ceſsio, Bart. quod ſic in l. reſtitura. ad Trebel.
* Pone, aliquis cedit iura omnia & actiones quæ & quas hēt ut hęres, an ex iſta ceſsione tranſibit in ceſsionarium inſtantia cępta de nouo per hęredē Bar. quod non in l. cum hæres. ad Trebel.
* Aliquis ſtipulatur alteri in caſu quo pōt, an quęrat actio ſine ceſsione, & q̃ ſunt illi caſus. Bar. in l. ſtipulatio iſta §. eum qui. de uerb. obli.
* Nota ꝙ quis eſt creditor ex plurib. cauſis, & aliquis offerat ſibi unū ex creditis, & petat ſibi fieri ceſsionē, ꝙ non dēt fieri ceſsio niſi ſoluat omnia credita. no. in l. 2. de fideiuſ. C. & ibi Cynus. nam iſta ceſsio fit uirtute illius regulæ, ꝙ tibi non nocet, & mihi prodeſt, facile ↄcedēdum eſt. fiet ergo ceſsio ſine præiudicio iurium ſuorū. Item fieret ſi emptor ↄ̃ quem ageret dn̄s occaſione rei emptę ab emphyteuta, peteret ſibi ius cedi a domino ↄ̃ emphyteutā nā fieret ſibi ceſsio ſine ꝑiudicio iuriū ſuorū, cū ceſsio fiat ex æq̃tate.
* De ↄfeſsione quam facit cedens debitori, an noceat ceſsionario. Io. An. in Spe. de ceſsio. act. poſt prin. & Bar. in l. facta. ad Trebel. Bal. in l. j. C. actio. & oblig. idem Bald. & Angel. in l. ſi cum emptore. de pact. Alberic. in l. fin. C. de procu.
* De exceptione cedendarū actionum. no. Bar. ff. de fideiuſ. l. ſi ſtipulatus. §. ſi ex duob. & no. in l. 2. C. de fideiuſſ. Nico. Mata. in l. pig. eo. tit.
* An pactum factum cum cedente obſtet ceſsionario, not. in l. cū emptio. de pac. ꝑ Bar. in l. facta. ff. ad Treb. Iac. de Are. in l. j. §. j. e. tit. & in l. ſi. ff. de trāſa. Io. An in Spe. de ceſsi. actio. poſt prin. Bal. in l. j. C. de actio. & obli. & per eundem & Ang. in l. ſi cum emptore. de pac. facit Bar. in l. j. C. quando prouoc. non eſt neceſ.
* An exceptio banni quæ obſtat cedenti, obſtet ceſsionario, Barto. in l. doli. de nouat. & Dyn. in capit. ſi quis in ius. de regu. iur. lib. 9. & ibi de exceptio. excommunicationis & compen. Ioan. And. in c. 1. de iure patro. Bal. ff. ſol. mat. l. ſi mulier.
* An ceſsio actionum poſsit fieri procuratori. no. in l. apud Iulianum. §. utrū ff. ad Treb. & l. reſtituta. eo. tit.

* An ceſsio

* An ceſsio poſsit fieri inter abſentes.glo.ꝙ ſic in l.in caſæ.§. ſi ex parte.de proc.Bal.ibi ſic dicit,iſta gl.male dicit,q̃a quoties eſt fie da ceſsio ẽt ex neceſsitate,ſi hoc præſupponat,ſm opi.gl. Si tamen abſent; impedit ceſsionem,tunc etiam ſine ceſsione transfertur,no.glo.in l.damni.§.fin. de dam. inſe.Item quod dicit ceſsionem fieri inter abſentes ſicut conſtitutionem ꝓcuratoris in rem ſuam,male dicit: & quidam non intelligẽtes abutuntur his . Debetis ergo ſcire quod aliud eſt eſſe procuratorẽ in rem ſuam , quia hoc repreſentat exercitium directarum actionum:& aliud eẽ ceſsionariũ ſimpliciter ſumptum , quia hoc repreſentat exercitium vtilem.Dic ergo ꝙ procurator in rem ſuam abſens conſtitui poteſt , ſed ceſsio fieri non poteſt.Io.An.in Spec.de ceſsio.actio.§.conſequenter.Bal.C.de atio.& obli. l.j.& in l.per diuerſas.C.mand.idem in l.qui ſtipendia.de procu. & Ange. in l.ſi quis.de procu.

* An ille qui habet ſolũ vtiles actiones, cedendo eas nullæ remanent penes eum,gl.in l.ex aſſe.ad Treb.videtur dicere ꝙ nullę remaneant apud ipſum facit l.emptor.C.de hær.vel actio.vendi.in fine gl.ſed ꝯ hoc facit l.ꝫ.ff. pro ſocio l.quis ergo caſus.ff. de pecul. quia ſi actiones vtiles inhęrent ſsib.ſicut directæ , ergo facta ceſsione non poſſunt prorſus diuelli à cedente ipſę vtiles,ſicut nec directæ.non obſt.dicta glo.in l.ex aſſe.quia loquitur in vniuerſitate actionum,& in actione reali ſeu mixta : ſecus ergo in mera perſonali actione,vbi non poſſunt actiones auelli,vt dicta l.3. cum ſim.Cynus in dicta l.emptor.Dynus in dicta l.Modeſtinus.de ſolut.Bal.in l.1.C.de atio. & oblig.

* Pone,quidam fecit me procuratorem in rem meam , cedendo mihi actionem contra aliquem:modo cepi agere contra quem ſunt ceſſa iura, lite cõteſtata opponit ꝙ ceſsio de iure non tenet,an talis exceptio de iure procedat . Dic aut intento actiones utiles mihi conceſſas meo nomine , & tunc non ſum procurator,ut colligitur ex gl.in l.ſi quis in rem.de procu.& ſic talis exceptio eſt dilatoria hoc caſu , & ideo poſt litem conteſtatam non pōt opponi,ſed ante:& ideo in hoc caſu non procederet exceptio talis, ut l.ſi. C.de excep. cũ ſimi.Aut intento actiones nomine meo,& directas nomine cedentis,& tunc habebor vt procurator, vt dicta l.ſi quis in rẽ. & ideo hoc caſu talis exceptio eſt perẽptoria, ut l.licet.de ꝓc.quę pōt opponi qñcũq; vt l.peremptorias.C.ſen.reſcin.nõ po.& dicta l.licet.& l.pſcriptio.de exce. & iſto caſu talis exceptio procedit de iure,quantumcunq; ſit oppoſita poſt litis conteſtationem,vt in pręalleg.iur.Ioan.Papien.

* An ceſſa hypothecaria videatur ceſſa perſonalis.& econtra.Bar. in l.ſi pignori.famil.exciſc.& l.fin.de hęredi.vel acti.vend. & l. vſucapio. C. de pignori.& l.fideiuſſor obligari.de fideiuſſo.& l.ſi hæres.ad Trebell.Bald. in l. ſi in ſolutum.& l.ſi creditore.C.de oblig.& acti.& gloſſ.in l.fideiuſſor. ff. de neg.geſt.

* Nota ꝙ ceſſa actione ꝯ principalem , non intelligit̃ ceſſa ꝯ fideiuſſorem.de hoc allegatur gl.in l.ſi vero negotium.§.j. ff.ſolu.matr.quæ incipit,cedendo actionem ꝯ ꝓpromiſſorem.Itẽ quia ceſsio fieri dẽt ſpecialiter ꝯ fideiuſſorẽ ar.l.filij nomine.& l.antepe.de hęred.vel actio.vend.Et quia ceſsio eſt ſtricti iuris,& non dẽt extendi.fac.l. vt fideiuſſor.ff.de fideiuſſ.Bald.in d.l.ſi in ſolutum.dicit ꝙ non eſt ſtricti iuris.fac.l.ſi pigno.ff.fami.erciſc. & l.ſi hæres pecuniam.ad Trebel.

* In l.ſi ex pluribus. ff.de admi.tuto. per eam ſoluitur talis quæſtio. Aliquis ꝓmiſit mihi dare centum , & omnes expenſas quas facerem in illis conſequendis:deinde antequam facerem aliquas expenſas,ceſsit iura alij,ille fecit impẽſas aliquas in exigendo,an poterit illas petere quas fecit vigore illius pacti promiſsionis mihi factæ ? Dic ꝙ non per hanc literã. Itẽ q̃a cum ego nondũ feciſſem expenſas,non cõpetebat mihi ius petendi eas : ergo in alium non potui transferre.ut in reg.iuris,nemo plus iuris. Vber.de bobio fac.l.patronus.de leg.2.& Inſt.de ver.obl.§.ex conditionali.Bar.in l.ſi. C. quando prouo.non eſt nec.

* An compenſatio quæ potuit obijci cedenti,poſsit obijci ceſsionario,Bar. in l.qui ſtipendia.de procu.& l.in hoc iudicium.§.ſi inter ſocios.communi diui.& cap.ſi quis in ius.de regu.iuris.& l.eius.C.de compenſ.& ibi Cynus & Bald.quod ſic.& l.ſi quis in rem ſuam.de procurato.& l.in rem ſuam. de compenſa.Bar.Alb.in l.doli.de nouatio.& dicta l.ſi quis in rem. per Albe. & Angel.

* An ceſsionarius poſsit cogi eligere,& dicere an agat directa vel vtili.Bar. in l.ſi mihi & tibi.de leg.j.no.in l.ſi duo.ff.de ſolu.per Bar.

* An intentans directam, & probans in vtili , debeat obtinere.Cynus in l.j. C.de actio.& oblig.& Dy.inſti.de actio.§.j.

* Si agatur hypothecaria an poterit cedi actio,no.in l.j.C.ne liceat poten.& c.2.de alie.iudi.mut.cau.fac.

* An actio poſsit pro parte donari,& pro parte vendi ? no. per Bald.in l.ab Anaſtaſio.C.man & l per diuerſas.& l.2.C.ne lice.poten.

* An pactum gratuitũ,& pactum factum per cedentẽ,vel tranſactio debitori,noceat ceſsionario.Bal.l.j.C.de actio.& obl.& l.ſi cũ emptore.ff.de pac. & l.ſi.de tranſ.& Bar.in l.facta.§.hęres.ad Treb.Bal.& Ang.in l. ſi cum emptore.ff.de pac.quod no.

* In l.liberti. C. de ope.liber.Bal.quęrit.pone ꝙ filia cedit oĩa iura quæ hẽt ſup hæreditate , vel in bonis patris, an videatur cedere iura dotis maternæ? Vr ꝙ ſic,ſi dixit ſup hæreditate,ſecus ſi dixit in bonis,aut ſuper bonis, ſm Bart.Tu dic qñ dixit ſuper bonis, ꝙ ſi nullum ius habebat niſi dotis,illud videtur cedere,ne inutilis ſit ceſsio,ut l.fundus q̃ locatus,de fundo inſtruc.& inſtru.lega.Si autem habebat aliud ius, tunc aut cedit ius in bonis ex ꝯtractu ſtricti ius, & reſtringitur vocabulum bonorum , vt non includat̃ æs alienum: aut ex contractu bonæ fidei : & tunc late interpretatur quod non placet , vt l.mulier bona.de iure dotium.& hoc verum niſi pro ceſsione ſit datum precium.nam tunc ex quantitate precij æſtimatur,l.1.§.j. de ſuperficiebus.Bald.

* In capitu.ex parte.de alien.iudic.mut.cauſ.fac. tenet Innocent. quod ceſſio facta per laicum in clericum,& econtra, dicitur facta in potentiorem.& ſi clericus agit ex iure ceſſo a laico , quia dicitur facta in potentiorem , non ualet, niſi cauſa apponatur in ceſsione : quod plene dic ut ibi per ipſum.

* De iſtis verbis,dedit,ceſsit,& mandauit, quæ apponuntur in inſtrumẽtis, ex iſto verbo dedit,ſtatim competit ei vtilis actio,l.fina. C.quando fiſc.vel priua.ex verbo ceſsit,ſtatim competit ei directa nomine cedentis,ut l.emptor.de hęre.vel actio.vend.& l.qui ſtipendia,per Iac.But.& Cynum.in l. j.man.de verbo mandauit apponitur , ut ſi moriatur mandator antequam litem conteſtetur mandatarius, non propter hoc finitur mandatum:& ita intelligitur dicta l.j.

* Quod ex ceſsione competat directa , † probatur in l.ſi ita legatum.famil. erciſc.

* Nota ꝙ ille qui agit iure ceſſo.ſi uult intentare utilem,dicat,ago iure ceſſo mihi titulo uenditionis contra te , a quo peto nomine meo ex dicta cauſa mihi dari,&c.ſi uero dicat,nomine cedentis , tunc videtur intentare directam ſibi conceſſam nomine cedentis : & primo caſu non debet oſtendere inſtrumentum ceſsionis:ſecundo caſu ſic.Iac.Butri.Bar.& Bal.in l.qui ſtipendia.C.de procur.& Cynus in l.j.de actio.& oblig. Et quid prodeſt ceſſio actionis directę,cum non ſeparetur a cedente,l.3.ff.pro ſoc.& l. quis ergo caſus.ff.de pecu.dic quod ille cui eſt facta ceſsio habet exercitium directæ actionis.

* An poſsit fieri ceſsio ꝯ fideiuſſorem , etiam ſi non cedatur ꝯ principalem , no.in l.fideiuſſor obligari.ff.de fideiuſſ.

* An ceſsio facta contra unum correum uideatur facta contra alium , Bart, in l.qui duos.de leg.2.

* Nota quod ex contractu reprobato poteſt fieri ceſsio.Bal. in l. ſi abſentis. C.ſi cer.pet.

* Si unus reorũ debẽdi ꝓueniatur inſolidũ , an creditor teneat̃ cedere actionem aduerſus alium,gl.tenet ꝙ non,in l.vnde quęritur.§.ſi.ff.commo.Bar. in l.ſi ita ſtipulatus.§.ſi.ff.de fideiuſſo.

* Si aliquis poteſt propria authoritate ingredi fundum ẽt manu armata,an poſsit dictam rẽ vendere,& ius cedere.Bal.de pace iuram.firm.§.j.

* An ſufficiat ceſsionario dicere debitori ne ſoluat priori creditori. Bartol. in l.j.ff.de operis no.nunciati.in 11.q.quod ſic,cum cauſa adiecta ut certioretur.

* An datio nominis dati in dotem ſine ceſsione teneat,not.j.C.de action.& obliga.

* Quid operetur quando in ceſsione dicitur,& dedit, & tradidit inſtrm ceſſionario fac.quod no.Bar.in l.Mæuia.ff.ſol.mat.

* Nota quod ſi ſecundus creditor non poſsidens,offerat ſponte priori creditori poſsidenti ꝑ, poteſt compelli primus creditor ad cedẽdum iura ſua ſecundo creditori.Bald.in l.j.de priuileg.dot.allegat l.creditor.la j.§. ſi primus.qui po.in pig.ha.fac.quo no.in l.qui potior.in fin.ff.eo.tit. & l.mulier. eod.titu.

* An ſi mulier cedat alicui actionẽ de dote, priuilegia dotis trãſeant in ceſſionarium. Bal.ubi s fac.idem Bal.in l.per diuerſas.C.man.in 17.q.

* An extraneus poſsidens bona debitoris , & offerens debitum agenti hypothecaria,poſsit rem retinere.& petere ſibi iura cedi, Alb.in l. fideiuſſor. de fideiuſſo.videtur tenere quod ſic , per l.ſi is qui.& l.ſi culpa. de rei vẽdi. & l.mulier.cum gl.qui potio.in pig.habe.fac.quod not. Bald.in l.iubemus. C.ad Velleian.

* Nota ꝙ mulier poteſt cedere actionem dotis ꝯſtante matrimonio, not.gl. in l.ꝯſtante.C.de don.tit.generali.& intellige ſpẽ dotis.not.Bal.in l.j.C.de priuil.dot.quod no.Bal.in auth.quod locum.de collat.

* An creditor agens contra emptorem rei ſibi obligatæ cogatur iura ſua cedere emptori,contra debitorem.Alb.in l.ſi dominium.C. de pignor. dicit quod ſic.

* An obſtet exceptio cedendarũ actionum creditori agenti ꝯ fideiuſſorem q̃ promiſit vendi bona principalis debitoris.not.in l.pignoribus.datis.de fideiuſ.Alb.in l.iubemus.C.ad Velleian.

* An fiſcus cedẽdo ius ſuum videatur ius ſui fori ceſsiſſe, Bal.in l.cum eorũ C.de ſen.& interlocu.om.iud.fac.Bal.in l.per diuerſas.C.man.

* Nota ꝙ in l.ex duob.De duob.reis.Ang.no. differentiam inter ceſsionem ex cauſa lucratiua,& ex cauſa oneroſa.

* Quot modis impugnatur ceſsio,Bal.in l.2 C.ne lice.poten.

* Si concurrant cedens & ceſsionarius ꝯ debitorem,quis præferetur, no.in l.3.C.de nouati.& per Cynum in l.nomen.C.quæ res pig. obli.poſſ.facit ꝙ no.Ang.in l.ſi procurator meus.de procu.

* Nota ꝙ actio non poteſt pro parte uendi,& pro parte donari.l.ab Anaſtaſio.& l.per diuerſas.C.man.dic idẽ in re quæ non pōt uendi pro parte & ꝓ parte donari,ut no.Guil.de Cu.Bar.& Cy.in l.ſi tibi decẽ.ff.de pac. Dom. Bar.ꝙ licet actio non poſsit pro parte donari,& pro parte vendi, hoc non hr̃et locum ſi cederetur ius alicui ad defenſionem bonorum quę cederẽtur per ipſum ceſsionarium,licet iura ceſſa plus ualeant,ut not in prædic.l.ab Anaſtaſio.& l.per diuerſas.& l.2.ne lice.poten.per Bal.

* Nota,quod domi. Angelus in l.ſi cum emptore. ff. de pact & l.fin.de tranſactio. dicit quòd ſi in inſtrumento ceſsionis ſint appoſita illa uerba , quod ponit eum in locum ſuum,ius & ſtatum , quod illo caſu cedens non poteſt agere,nec exigere a debitore in præiudiciũ ceſsionarij , nec ſolutionem accipere,nec confiteri aliquid in præiudiciũ ceſsionarij,nec liberare debitorẽ,ẽtſi non interuenerit aliquid eorum trium de quib.in l.3 C.de nouatio. ita dicit ſe ꝯſuluiſſe ar.l.qui quadringenta.ff.ad Trebe.vbi colligitur ratio legis,facta.§.ſi hæres.e.tit.quæ eſt,quia fideiuſſor ponitur loco hęredis.Cõtrarium videtur tenere Angelus in l.3.C.de nouat. vide eundem Ang.in l. ſi actor.ff.de procu.

* Quid de eccleſia & clerico an poſsint ſibi cedi actiones? Bal.in l.ea lege. de condictio.ob.cau.in ſi.fac.Bal.in l.qui ſtipendia.C.de procu.& l per diuerſas.C.man.in ſi.

* An vtile dominium poſsit cedi ſine traditione rei, & q̃d de vtili rei vẽdicatione.Bal.in c.2.de inueſtitura de re alie.fa.ti.venditio.&c.

* An poſsit cedi actio filio ꝯ patrem, Bald.in l.iubemus.ad Trebel.& l.ſi pater.C.mandati.& l.actor.C.de action.& obligat. vide ſtatutum in titul. de frau.remo.& l.2.C.de his qui in prio.credit.locum ſu.& glo.in l.ſi pater. §. 1.ff.de iure dotium.

* An obſtet exceptio cedendarum creditori agenti contra fideiuſſores,ſi debitor alienauit aliqua bona de conſenſu creditoris.Iac.de Are.in tractatu

ſuo

ſuo quem fecit de ceſsione, dicit ꝙ non.fac.quod no.in l.Stichum,aut Pãphilum.§.fi.de ſolut.per Bar.& Alberic.in l.Modeſtinus.eo. titu.& l 2.de fideiuſſo.Ang.in l. ſi ſtipulatus.§.j.de fideiuſſo.

* An fideiuſſori ſint cedenda iura in ſolidum contra fideiuſſorem, ſecundũ Iac.de Are.vbi ſ.dicit quod pro parte.facit quod no.in l.j.C.de duo.re.& quod no.Bal.in l.j.C.de tranſ.

* An ceſſo principali videatur ceſſum acceſſorium,Bal.in l.fi.C.quando pro uo.non eſt nec.

* Nota quod ſunt certi caſus in quibus tranſeunt vtiles ſine ceſsione, gl. in l.j.C.de actio.& oblig.& l.ij.eo.ti.

* Nota ꝙ ſicut hæres rogatus reſtituere hæreditatem, reſtitutione facta nõ poteſt exigere à debitore hæreditario, nec liberare eum in præiudicium ceſsionarij, ita nec ille qui vigore alicuius legis tenetur facere ceſsionẽ ceſſione facta poteſt agere,nec exigere,nec liberare,ar.l.Marcellus. ff de fideiuſſo.Bal.in l.3.de nouatio.quam habet domi.Ant.de gentilibus.nã habet optimum lib.C.ſecundum do.Bal.

* Si ſtatutum dicat, ꝙ ſi quis vendiderit aliquam rem immobilem, proximior agnatus poſsit eam luere in annum, iſte agnatus non poterit alteri cedere iſtud ius luendi.Cynus in l.ad officium. C.communi diuidundo.vide Alberi.in prima parte ſtatutorum uide ſ.in prin.huius tituli.ver. ſtatuto cauetur quod creditor.

* Si ſtatutum dicat, quod creditor poſsit capere debitorem vel res eius ẽt ſine aliqua citatione, tamẽ ceſsionarius hoc facere nõ poterit ſine citatiõe. Item nec hoc poterit fieri ɔtra hæredem debitoris ſine citatione. Bal.in l. per diuerſas C.mandati.in x.q. ex quo ſequit ꝙ multo minus fieri poterit ɔ̃ ſucceſſorem ſine citatione.de quo Bar. in l.3. C.de pign. & expreſsius in l.is cui.§.qui in poſſeſsionem.ff.vt in poſſeſsi.leg.& ibi gl. ſm eum. Contrarium tamen videtur tenere dominus Segno. in diſputatione ſua quæ incipit,in nomine domini amen.ſtatuto ciuitatis mulierum.prope fi. ver.ſecũdo caſu principali.

* Quod vtilis rei vendicatio ſiue legalis ſiue ceſſa à domino datur ɔ̃ dominum,gl.in l.ſi culpa. in gl. mag. ſecundum primam & ſecundam lecturam. ff.de rei vend.ad quod optime fac.l.ſi à Titio. ff. eo.tit. quia ſi datur ibi publiciana contra dominum,multo fortius utilis rei vendicatio. Contra videtur gl.in l.emptor hæreditatis. C.de hæredi. vel act. vendi. ſuper uerbo, actiones. nec videtur ratio diuerſitatis inter venditionem hæreditatis & rei ſingularis,quia ita dñs remanſit rerũ in vna ſicut in alia.cogita.Sed dic ꝙ illam gl.reprobant docto.communiter ibi.& Bar.& Ang.in l.j.§.fi.ff.

* Quòd interdictum vti poſsidetis poteſt cedi,gl. in l.ij.§.idem Labeo ſcribit,ſi qs in ſuo ver.idẽ Nerua.ſuper ver.experiaris.ff. ne qd in loco publ.

¶ Bal. de ceſsione Actionis.

Actio iudicati poteſt cedi:quia non dicitur res litigioſa, lata ſententia. C.de ɔ̃rio iudi.tu.l.j.& ibi no.qñ præſumatur ceſsio ſimulata. verſi. ſi vero dubitatur. Et qñ præſumatur vera, verſi.ſed ad hoc facilis. ubi omnino vide.G. ¶ Ceſsio neceſſaria, ut probabilis non præſumitur ſimulata,ſed ceſſio temeraria,ſic Bal.De materia ceſsionis vide in Spe. de proc.§. fi.& ibi habes in ver.fi. ꝙ cedens poſsit tũc eſſe teſtis in cã ceſsionarij.quod eſt no. ¶ Inſtrm ceſsionis debet exhiberi ante oĩa,ſi agatur directa & nomine cedentis:ſecus,ſi agatur utili,& nomine ſuo. Vide Spe.de inſtr.edi.§.nũc dicamus.ver. ſed quid ecce. ¶ Cedens bonis liberatur a ciuili & naturali obligatione.Ita ſentit l.hæres e.§. ꝙ debitor ſi ſtipulator. ff.de fideiuſſorib.& gl.in l.ubicunque.ff.eo.ubi dr̃ ꝙ naturalis remanet,& ciuilis tollit. ¶ Itẽ an ceſsione facta per debitorem ſit liberatus fideiuſſor? Gl. tenet ꝙ non in d.§.quod ſi ſtipulator.Bal.An ɔfeſsio cedẽtis noceat ceſsionario. ff.de pac. l.ſi cũ emp.& de proc.l.ſi actor.& l.ſi quis in rem. ver. ſed nunquid ſola. G. Dic ꝙ ſi actor ceſsit iura, vbi p̃t ei ſolui põt ɔfiteri: alias non, ſi reus tunc ɔfiteri p̃t,vt d.l.ſi actor.ſm Cy.Bal. ¶ An minor poſsit cedere iura cũ auctoritate curatoris.ver.ſed nunquid minor. De authoritate tutoris põt,ſm Dy. ¶ An poſsit cedi hypothecaria ſine principali.ver.ſed quid ſi ceſsi.ff. de fideiuſ.l.fi.de obli.§.j.p Dy.C.de pig.l. vſucapio.per Cyn. ¶ Si creditor ɔſenſit debitori, ꝙ uenderet hypothecam:deinde agat ɔ̃ fideiuſſorem. ff.familercifcun.l.ſi pignori. poteſt fideiuſſor excipere de actione cedenda, & repellere creditorem. ver.ſed quid ec. G. ſic & quilibet prior offerendo habet beneficium cedendarum.ff. qui pot.in pign. hab.l. mulier ſed illud in perſonali actione intelligitur,non de hypothecaria:ut ibi no.& facit C.ad Velle.l.iubemus. ¶ Item ſi debitor principalis ſit ſoluendo, fideiuſſor non p̃t petere cedi iura ɔ̃ extraneum priorem : quia non ɔpetunt creditori. in auth.de fideiuſſ.§. ſed neque. Et iſtud non ɔpetere eſt per ordinem datum à iure,ẽt ſine ullo facto creditoris. Bald. ¶ Ceſſa rei uendicatione, non fit ceſsionarius dominus:quia non habet titulum in re, ſed ad rem. ver. item quid ſi mihi.G.niſi habita poſſeſsione.ff.de rei vendi.l.ſi culpa.& no. in l.j. in prin.ff.de eden.Facit ad l. Iuli.non ſolum. §.j. Et ideo intentanti dominium,non ſufficit probare ceſsionem.uide nota. C.de litigio.l.pen.& fin.& l.2.eodem titulo.per Cy. ¶ Si bona banniti ſunt publicata, non poteſt cedere iura.arg.ff.loca.l.ſi fundus.Si non ſunt publicata, ſed tñ ex forma ſtatuti bannitus non debet audiri tũc ex cauſa oneroſa & vera, ualet ceſsio: non ex lucratiua.uer.illud ẽt quærit.G.ff.de noua.l.doli.per Dy. ¶ An actio iniuriæ poſsit cedi,nõ.C.de hære.vend.l.fi. ¶ An interdictũ vñ vi.no. ff.de peti.hære.l.quod ſi in diem.C.de excep.l.licet. ¶ An interdictum,uti poſsidetis.ff.ne quid in loco pu.l.ij.§.idem Nerua.per Iac. Bal. ¶ An ceſſio poſsit fieri inter abſentes per nuncium, vel per epiſtolam.no. ff.de probatio.l.in cauſæ.§.fi.in gl.ordinaria.quæ dicit, ꝙ ſic:quia in rem ſuam põt quis fieri procurator & abſens. Quod eſt notabile. Dixit Dynus, ꝙ titulus præſumptus à iure ſufficit in ceſsione.Ita nota.in l.patrem. ff. quæ in frau. credit.Dixit Cynus, ꝙ ſi oblato libello, parti actor cedit actionem viduæ: tribus rationibus impugnatur ceſsio,ſcilicet per edictum de alie.iudi. qđ habet locum in actore & reo.Item per titulum ne liceat potentioribus:qa vidua eſt priuilegiata.Et per titulum de litigioſis, qui habet locũ in actore & reo.Dyn. Sed forte uidua non eſt priuilegiata, cum nitit̃ ex ceſsione. Bal. ¶ An ſi ſit mentio precij in ceſsione, ſit neceſſaria alia ſpecificatio cõtractus?Dic ꝙ non:quia includitur titulus emptionis, vt l. fi.C.de præ. decur.lib.x.§.conſequenter.poſt principium.G.Quod ſemper no. G. ¶ Cuius expenſis agat.cedens,collige ex not.C. de litigio.authen. nunc ſi hæres. ¶ An ſufficiat precium eſſe confeſſatum in ceſsione actionis?Spe. ꝙ ſic,eodem §. in forma ceſsionis. ſed Iacobus Butri. & Iacob.Bel. in authen.de æquali.dot.§.illud.& Bar.dicunt contra textum in gl.in l. per diuerſas. in principio.ſed Thomas de Corſinis dicit, ꝙ ubi eſt precium inæquale & impar,vel eſt actio pro parte uendita,& pro parte donata: vel pars vni eſt vẽdita, alteri eſt alia pars donata: tunc non ſufficit confeſsio. Sed vbi eſt iuſtum precium: & alias ceſſat omnis ſiniſtra ſuſpicio:tunc non præſumitur confeſsio ſimulata,ſed vera:vt ff.depoſit.l.Publia. in fruc. Non obſtat.§.illud.quia ibi erat ſuſpicio p p creditores.Simile in l.aſsiduis. C.qui pot.in pig.hab.in gl.parua.& hæc vera.& no. Bal.eo ipſo ꝙ ceditur actio, videt̃ quis factus procurator in rem ſuam ſine mandato directarum. ff.manda.l. ſi procurator.§.fina. ver.& no.quod ſ.in forma debeat fieri ceſsio.G. Quo tempore,dic ut no.ff.man.l.Papinianus.Quo iure,dic vt ff. de leg.j. l.ſi res obli.per gl.& Dynum.An etiam exceptio cedẽdarum poſsit opponi poſt ſententiam:dic C.de iuris & facti igno.l.j.ibi uide Bal.

a. ¶ De competentis iudicis aditione.[a] Rub.

ADDITIO.

a Iſta rubrica ſonat in rubricam de foro competenti:vt ſit idem competens iudex, quod competeus forum. Hic præmittam, ꝙ Legiſtæ non videntur habere hanc rubricam generalem:quia nõ allegatur in C. vel Digeſtis,ſed vtrobique habent.Non allegatur autem:quia non ſedent in ſella.in C.eñ non coniungitur Rubricæ de iuriſdictio omnium iudicum.ibi enim ſequitur, & de foro competen.in Digeſtis in rubrica de iudicijs ſequitur, & ubi quis agere uel conueniri poſsit. quod ſonat incompetens forum. Secundo ſciendum. quòd auctor hanc rubricam habuit a Tancre. qui in ſui operis parte ſecunda in principio poſuit duas Rubricas. Prima, quod iudicium actor adire debeat.Secunda de adeundo iudice,quæ ſona t iudicium qualiter adeatur. Ex reliquis practicis nominatis per auctorem in proœmio nullus poſuit hanc rubricam niſi Roffredus,cuius rubrica decima eſt, qualiter iudicium declinetur ratione fori & feriarum. Complures tamen ex eis de exceptionibus etiam forum declinantibus tractauerũt : vt ſcripſi ſuper rub. 1. & 3.huius libri. Summiſtæ omnes tractant, & Azo C. ubi ſ. incipiens,in verb.nunc videamus.

IVxta propoſitionis ordinem primo videndum ocurrit de competenti iudice adeundo. Super quo primo attendendum eſt, cuius iudicium actor adire debeat. Secundo,quis dicatur alicuius iudex. Tertio, qualiter actor in adeundo iudi-
a cem,debeat ſe habere.[a] Quarto,quis ſit aditionis effectus.

ADDITIO.

a Habere. ¶ Hæc tria membra poſuit Tancredus.

*SVMMARIVM.*

1 *Actor forum rei.generaliter ſequi debet:fallit in quibuſdam caſibus, in quibus quis ſortitur forum non ſuum.*

2 *Iudex ſecularis in quibus caſibus cognoſcere poßit de perſonis & rebus eccleſiaſticis.*

3 *Latroni ibi furca figatur,ubi graßatus eſt.*

4 *Conuenitur ſi quis ſuper aliquo crimine coram iudice non ſuo, & negat ſe deliquiße in iuriſdictione illius:an poterit iudex cognoſcere an in territorio eius deliquerit.*

5 *Iudex Biterren.quomodo citabit ciuem Narbon.*

6 *Partes concorditer eligentes procedere coram delegato potius, quã coram domino feudi:an poßit delegatus, contradicente domino feudi, in cauſa procedere.*

7 *Duobus adeundentibus iudicem, cuius iuriſdictioni alter eorum ſubeſt, alter non:conſentit tamen,credens illum ſuum iudicem eße,& ſic errore ductus,an teneat ſententia.*

8 *Duobus Piſanis conſentientibus in Poteſtatem Lucanum, &c. demum finito ſuo officio cauſa illorum non eſt finita: an futurus Poteſtas poterit illam finire.*

9 *Priuati ſi conſentiunt in illum qui nullam habet iuriſdictionem,putatur tamen habere,an coram eo acta teneant, aut ualeat eorum conſenſus.*

10 *Principali ſublato,tollitur & acceſſorium.*

11 *Sententia non ſui iudicis concorditer tamen electi, lata, an poterit appellari.*

12 *Appellatio gradatim debet procedere.*
*Ordinarius cauſam ex conſenſu auditam non poteſt ante litis conteſtationem delegare.*

13 *Pronunciare an cogatur is,in quem partes conſentiunt.*

14 *In iudicem alterius iuriſdictionis, an poſſit in cauſa criminali conſentiri.*

15 *Declinare an quis poßit iudicium eius,in quem ſemel conſenſit.*

16 *In ordinarium ſuum conſentiens,non poteſt ulterius dißentire.*
*Scholaris tres iudices habet.*

17 *Tranſiens per locum alicuius,& ducẽs equum illius, quem perdiderat, an poßit conueniri ratione poßeſsionis.*

18 *Contrahere ibi quis dicitur,ubi ſe ſoluturum conſtituit.*